

Jacob Lembke

Programma Quo Jacobus Lembke/ D. & Amplissimae Facult. Iurid h. t. Decanus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Christophori Winnemer, Selectiores Assertiones ex Iure Publico ... & Pro consequendis in utroque Iure honoribus Doctoralibus, Ad diem 27. Martii. horis locoq[ue] consueto, Deo volente, habendam ... Rectorem ... invitat : [P.P. Sub sigillos Facult. die 27. Mart. Anno 1690.]

Rostochii: Weplingius, [1690]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741710692>

Druck Freier  Zugang




Ausgewählte Feststellungen
aus dem öffentl. zivilen,
kanon. u. Adels- und
Gnadenrechts-Recht

Inacr:

Sembke, Jacob

Resp.: Wimmener, Christoph.

R. M. für 1690



PROGRAMMA
 JACOBUS
 D. & Amplissima Facultate
 rid. h. c. DECANUS
 AD
 DISPUTATIONEM IN ALCHEMIA
 CLARISSIME PRÆTORII
 DN. CHRISTOPHORI
 WINTER
 SPECTORASSA
 CIVILITATE
 Pro consequendo
 honoribus Doctoratus
 MAGNUS DN. RECTOR EM



I. N. J.

Jurisprudentiæ Studioſo futuroq; Jcto, qvò aliquan-
do vel Aulis vel Curiis vel Scholis recte præſſe, & Juſti-
tiam, Jurisprudentiæ proprium finem, in negotia
introducere, ſuoqve officio, in promovenda tam-
communi ac publica, qvam privata ſingulorum utili-
tate ſolide ſatisfacere poſſit, cognitio *Juris Publici, &*
Civilis privati, Juris Canonici, Feudalis & Conſuetudina-
rii apprimè eſt neceſſaria. *Jus publicum*, vocatur illud
qvod primariò ad ſtatum Reipubl. ſpectat §. *ult. Inſt. de*
Juſtit. & Jure. traditurqve ab Ulpiano l. 1. §. 2. ff. d. 7. &
J. in ſacris ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtere. Con-
venit cum hoc Ciceronis *lib. 1. de Oratore* ſententia, qvò
omnia *Juris publici* eſſe dicit, qvæ ſunt Imperii &
Civitatis, h. e. qvæcunqve abſolvunt reſpectum inter
ſummam Potēſtatem & ſubditos, inter Magiſtratus
cives ut & ales, ſive ad ſacra ſive profana ſe ſe ex-
tendant. *Jus illud publicum*, prout ad Rem publi-
cam noſtram ſpectat, eſt vel vetus vel novum, illud
formam Reipubl. Romanæ veteris, qvæ fuit tempo-
ribus Imperatoris Juſtiniani & inſeqventibus annis,
reſpicit, & tum ex hiſtoria Romana, tum præcipue
ex libr. 1. titulis poſterioribus, libr. 2. tit. 1. libr. 50. non-
nullis titulis Digęſtorum, & ex libr. 1. & libris tribus
poſterioribus Codicis deſumendum. Novum vero
Jus publicum, qvò nimirum conſtitutionem hodi-
ernæ Reipublicæ Romano-Germanicæ tradit, non ex
Jure Juſtiniano, multo minus ex Bartolo & Baldo,
ſed ex Aurea Bulla Caroli IV. Receſſibus Imperii, Ca-
pitulationibus Imperatorum & aliis Actis & Actibus
publicis noviffimis hauriendum eſt. Cum enim hodi-
ernus Reipubl. ſtatus, utputa mixtus, vel ſi mavis, in-
regularis ab eo, qui tempore à Juſtiniano conditi *Juris*
Civilis fuit toto cœlo diſcrepet, ineptiunt ſanè, qui

in decidendis controversiis ac causis publicis ad hoc recurrunt, & decisionis fundamentum inde quærunt, nihilque concludere putant, nisi legibus juris Infrinianei allegatis sit vallatum ac munitum probe vid. *Limneus tom. 1. Juris publ. libr. 1. cap. 3. n. 3.* Plane quin jus Justinianicum in adminiculum hodierni Juris publici adhiberi, aliquando, indeque in controversiis juris publici interpretatione certius quid statui, & pro re nata quatenus istud formæ Reipubl. ratio fert & admittit quædam muruo quasi sumi queant, dubitandum non est. *Jus Civile privatum*, quod singulorum civium ac privatorum causas, interesse ac utilitatem principaliter concernit, Corpore Juris Infrinianei comprehenditur, Licet vero illud vix annis quadragiata à morte Justiniani elapsis, initio nimirum Seculi 7. cum in Oriente Saraceni arma extollerent, in Occidente vero Germani, Galli, Hispani imperatoriam dominationem excuterent, contra vero Barbari, ut Hunni, Vandali, Longobardi, Franci, Gothi, Italiam occuparent & postliminio quasi reppererent, & sic ferme una cum Justiniano, mortuum ac sepultum fuerit, Seculo tamen 12. opera Irnerii ex latebris iterum extractum, non sine singulari Dei providentia in Occidente, & quidem primùm Bononiæ reviviscere cœpit, & commendatione ac Professione Bulgari, Placentini, Odofredi Accursii, Bartoli, Baldi, Angeli, Saliceti Alexandri, Jasonis aliorumque maximorum virorum magis magisque excultum cæteris Barbarorum legibus prælatum ac in Italia receptum, mox ad vicina regna Galliæ & Hispaniæ propagatum, tandem sub initium seculi 15. in Germaniam quoque translatum & ad tantum gloriæ fastigium pervenit, ut in Imperio nostro Romano - Germanico Cæsaris & Imperii statuum expressa sanctione pro jure communi nunc ubique observetur. Ord. Crim. Carol. V. art. 118. 120. 126. *Recess. Imper.*


Imper. de Anno 1654. §. 22. Sed & *Jus Canonicum* five Pontificium Juris Studiofo notum esse oportet. Etenim illud vel *secundum* vel *præter* vel *contra* jus civile quicquam decidere solet. Si *secundum* Jus Civile quicquam Jure Canonico decisum reperitur, utrumq; servari potest, & alterum ex altero interpretatione recipit, uti enim Leges civiles non dedignantur sequi sacros Canones *l. 54. C. d. Epise. & cler. Nov. 6. cap. 1. §. 8. Nov. 83. cap. 1. c. 1. X. d. nov. oper. nunciat. quoniam 8. c. de capitulis. 9. c. quis II. distin. 10.* Hinc quam plurimas Leges civiles in Canonibus Decreti & capitulis Decretalium verbotenus repetitas deprehendimus, quas Leges Canonifatas vulgo vocant. Si *præter* Jus Civile jus Canonicum quid disponit, id quoq; pro decisione causarum civilium teneri potest, modo tamen principiis juris Civilis non repugnet. Ubiq; enim Jus canonicum juri Civili non est contrarium, intelligitur in unam quasi societatem & consonantiam cum jure Civili, coivisse, ita ut utrumque sibi mutuas quasi porrigat manus, & alterum ex altero suppleri possit. Hinc casus in Jure Civili vel omnino non, vel non expresse, sed ambigue, aut obscure positus, idem vero in jure Canonico clare & aperte expressus, in utroque foro tam Civili quam Ecclesiastico jure canonico decidendus, uti vicissim casus in jure Canonico vel omiffus vel obscure aut dubie positus in utroque foro ex jure civili terminatur. *Wesembec. conf. 1. n. 20. Mynsing. cent. 1. Obs. 41.* Si vero Jus Canonicum *contra* jus Civile quicquam constituit, tum jus Canonicum in terris Ecclesiæ, jus vero Civile in terris Imperii servandum erit, exceptis illis causis, quæ vel conscientiam concernunt, & devitando peccato agunt, cujusmodi sunt matrimoniorum, ulurarum, juramentorum, præscripti-
onum, decimarum, vel etiam quæ processum judiciari-

um respiciunt, in quibus potius dispositio juris Canonici, quam Civilis etiam in foro seculari sectanda erit. Cum enim Jus Canonicum non tantum intendat, ut iuste, sed & pie vivatur ac saluti animarum consulatur. *c. cum contingat. 28. X. d. jurejur. c. fin. X. d. prescript. C. quamvis d. pact. in 6. tit. 1. libr. 1. Inst. Jur. Can.* animæ salus omnibus rebus anteponenda. Præter hæc jura, succedit etiam Feudale, quod in causis & quæstionibus Feudalibus decidendis attenditur & observatur, idque non solum ob non interruptam fori observantiam *Rosentb. in Synops. jur. feud. cap. 2. conclus. 9.* sed & ab initio tacitam, nunc expressam Imperat. approbationem *Vid. Cap. Leopold. art. 4.* Imo deficiente jure Canonico & Civili, si ratio quædam æquitatis naturalis inde depromi possit, quæ per se vim legis obtinet, illud in aliis quoque negotiis ne utique respiciendum videtur *Schnob. Disput. jur. feud. 1. th. 11.* Tandem etiam studioso juris *Jus Consuetudinarius* addiscendum est: sæpe enim contingit, ut plurima, quæ juribus prioribus disposita & constituta sunt non amplius in foro & praxi obtineant, sed per desuetudinem sint abrogata, aliaque diversa & his contraria introducta, unde sedulo & diligenter cavendum, ne jura illa abrogata præ his novioribus, amplectamur & veneremur. Hinc quæ in Academiis interdum audiverunt juvenes, in judiciis & foro ea sæpissime dediscere oportet, nisi risui se exponere velint. *Brunnem. ad l. 23. ff. d. Legib. n. 4.* Nam judex observare imprimis debet, ut non tantum secundum illud iudicet, quod legibus & constitutionibus, sed etiam moribus proditum est dicente Imperatore *in. pr. Inst. d. offic. judic.* Unde & constitutiones Imperii sæpe ad tales consuetudines provocant, imo Camerales Judices non minus Consuetudinum quam Recessuum & constitutionum Imperii rationem habere debere jubent. *Rec. Imp. d. anno. 1654. §. 105. Ordin. Cam.*

Cam. part. 1. tit. 13. S. 1. Capitul. Leop. art. 27. Hæc omnia probe intelligens Clarissimus ac Prænobilis Dn. Candidatus CHRISTOPHORUS WINNEMER, Sedinopomeranus, ut suam in omnibus juribus peritiã ostenderet, loco Disputationis inauguralis Selectiores Assertiones ex jure Publico, Civili privato, Canonico, Feudali & Consuetudinario depromptas exhibere voluit. *Natus vero is est Sedinii Patre Viro Plurimum Reverendo ac Doctissimo DN. M. JACOBO WINNEMER, Pastore quondam Jacobei, quod Sedinii est vigilantissimo; Matre omnibus virtutibus sui sexus decoratissima REGINA Wasserführerin. Ab his parentibus non solum ipse à pueris in omni pietate educatus, sed & ætate permittente Privatorem Præceptorum informationi ab initio commendatus est. Mortuo vero Patre, & cum deinde Anno 1677. Patria Sedinum Jemestri obsidione cingeretur, cursus studiorum quidem retardatus est, soluta tamen obsidione, ductu consobrini Viri plurimum Reverendi & Doctissimi Dn. LAURENTII ALBINI, olim Polnovia, nunc in Borussia Pastoris in tantum reparatus fuit, ut tandem Anno 1679. à Viro Maxime Reverendo ac Nobilissimo Dn. JOH. ERNEST. PFUHL. S. S. Theol. Doct. & Regii CAROLINI Sedinensis Gymnasii Rectore meritissimo in numerum Gymnasticarum reciperetur, cujus ut & Viri Nobilissimi & Consultissimi Dn. MOUILL, tunc temporis J. U. L. nunc D. ac Scabienatus Stargardia Assessoris informatione non per-*

tennis

nitendos in omni scientiarum genere fecit progres-
sus. Deinde Anno 1680. in Academiam celeberrimam
Regiomontanam se contulit, ibidemq; & publicis
& privatis Collegiis & Disputationibus sedulo interfuit,
imprimis vero Nobiliss. Consultiss. & Excellentissimos
Professores Ordinarios Dn. D. BOLTZEN, & Dn. D. RANG-
ERUM, hunc quidem Amicum & Fautorem nostrum
estimatissimum, summo studio audiuit. Tandem ad
nostram Academiam accedens studium juris ea sedulitate
& ardore, quo hactenus ceperat, operam suam
privatissimam praeprimis navante Viro Nobiliss.
Consultiss. atq; Excellentiss. Dn. CHRISTOPHORO
REDEKERO, D. & Antecessore, hujus Academiae, nec non
Ducalis Consistorii Assessore, Dn. Collega, Affine ac
Fautore nostro honoratissimo, cui etiam plurima se
debere fatetur, continuavit, usq; dum sub ejus
Decanatu ad Examen ab Amplissima Facult. fuit
admissus, in quo cum talem se praestaret, qualem
statuta desiderant, ad Disputationem Inauguralem
habendam, gradumque Doctoralem tandem
assumendum admissus fuit. Cui Actui inaugurali,
cum dies 27. Martii dictus sit, ego meo & Ampliss.
Facultat. Jurid. nomine Magnif. Dn. RECTOREM
Ampliss. Nobilissimumq; utriusq; Reipubl. Senat. &
Omnes omnium Ordinum ac Dignitatum Cives
Academicos, eorumq; Fautores, ut illum sua
honorifica praesentia condecorare velint, debita
observantia & humanitate invito. Offerimus nos
vicissim ad omnia officia paratissimos ac
promptissimos.
P.P. Sub sigillis Facult. die 27. Mart. Anno 1690.



Cam. part. 1. tit. 13. §. 1. Capitul. Leop. art. 27.
probe intelligens Clarissimus ac Prænobilis
datus CHRISTOPHORUS WINNEM
Pomeranus, ut suam in omnibus juribus per
deret, loco Disputationis inauguralis Sele
tiones ex jure Publico, Civili privato, Can
dali & Consuetudinario depromptas exhi
Natus vero is est Sedini Patre Viro
Reverendo ac Doctissimo DN. M. J.
WINNEMER, Pastore quondam
quod Sedini est vigilantissimo; M
bus virtutibus sui sexus decoratissima
Wassersührerin. Ab his parentibus
ipse à pueris in omni pietate educatus,
te permittente Privatorum Præceptoru
tioni ab initio commendatus est. M
Patre, & cum deinde Anno 1677. Pat
Jemestri obsidione cingeretur, cursus stud
dem retardatus est, soluta tamen obsi
consobrini Viri plurimum Reverendi E
mi Dn. LAURENTII ALBINI,
via, nunc in Borussia Pastoris in tant
tus fuit, ut tandem Anno 1679. à Vir
Reverendo ac Nobilissimo Dn. JOH.
PFUHL. S. S. Theol. Doct. & Regii
NI Sedinensis Gymnasii Rectore me
numerum Gymnasiastrarum reciperetur
& Viri Nobilissimi & Consultissimi
VII, tunc temporis J. U. L. nunc L
natus Stargardia Assessoris informatio

